Universitätsbibliothek Paderborn

Corpvs Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Alivd Exemplvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

Visual Library

dentes & deſcendentes inter ſe poſſe connubium contrahere. Quare ſi Adam hodie ſuperſtes eſſet, non poſſet ducere vxorem.

SECVNDA REGVLA de Collateralibus.

IN linea æquali quoto gradu diſtat altera perſona à communi ſtipite, toto gradu inter ſe diſtant. Ergo duo fratres, ſeu frater & ſoror vnum gradum tantum conſtituunt, videlicet primum. Vt Iacob primo gradu iunctus eſt Eſau.

AEACVS.

Peleus	Telamon	Phocus
Achilles	Aiax	Epeus
Pyrrhus	Euriſaces.	

Iam ſi uis ſcire, quoto gradu inter ſe iuncti ſint Achilles & Aiax, uide unam ſeriem, & obſerua, quoto gradu diſtet Achilles à ſtipite. Diſtat autem ſecundo gradu. Quare & inter ſe diſtant Aiax & Achilles ſecundo gradu. Ad hunc modum facilis eſt ſequentium perſonarum ſupputatio.

ALIVD EXEMPLVM.

PELOPS.

Pytheus	Lyſidice
Aethra	Alcmena
Theſeus	Hercules.

Fuerunt igitur cognati materna origine Theſeus & Hercules conſobrini iuncti tertio gradu.

ALIVD.

ERNESTVS AVSTRIACVS.

Fridericus tertius Imp.	Soror
Maximilianus.	Erneſtus Saxon. Elector.
Philippus.	Iohannes Elector.
Carolus 5. Imperator.	Ioannes Fridericus primus.

NVNC inter collaterales prohibita ſunt connubia intra quartum gradum. Olim fratrum filijs & filiabus licuit inter ſe contrahere connubia, etiam Romanis legibus. Vt, Oreſtes duxit conſobrinam Hermionen.

ATREVS.

Agamemnon	Menelaus
Oreſtes	Hermione.

Simile exemplum eſt in Geneſi.

BATHVEL

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN